

scriptae sunt, si quidem conjunctum, ut puta, si illud & illud factum fuerit, omnibus parentibus est si separatum, veluti, si illud aut illud factum erit, cuilibet conditioni obtemperare iatis est.

L. 13. tit. 4. Part. 6.

COMMENTARIUS.

Dacent nos Dialetici copulatae orationis partes omnes veras esse oportere si ea vera esse ponatur, totam autem falsam esse si vel una pars falsa sit: cui conveniens est quod hic scribit Justinianus, si plures conditiones conjunctum institutionis adscripta sunt omnibus parentum esse, ut scilicet, verificetur tota enuntiatio & institutio purius: quod & Paulus tradidit, l. 5. de cond. inst. & Scavola de stipulatione codem modo concepta, l. 129. de verb. obl. Ait, *omnium parentum est. Parere, obtemperare dicimus conditioni quando eam implimus, & proprie habeat enuntiantur de ea conditione que posita est in nostra potestate quam quatuor voluntus implere possumus, nonnumquam tamen & ad earum conditionum impletione referuntur qua posite sunt in eventu, ut in l. 2. de cond. & dem. & sic quod hic tradidit, pluribus conditionibus conjunctum adscriptis omnibus parentum esse, etiam ad plures conditiones que ex casu factum copulatas pertinere sciendum est; nec sufficere ad delationem hereditatis unam existere aut impliri, sed omnium impletionem expediri: quippe cum non minus in hanc speciem quam in precedentem illam prædictum axioma Logicum quadrat, & utrique ex quo converniat ratio Pauli in d. 1. de cond. inst. quod plures conditiones conjunctum scriptae unius loco habeantur & ideoque merito à reliquis Interpretibus notatus est Accursius, quod putaverit ex pluribus conditionibus casualibus conjunctim oppositis sufficiere exitissim unam, arg. l. 17. ed. tit. que hoc non pertinet, sed loquitur de pluribus institutionibus facilius sub diversis conditionibus, repetita scilicet ejusdem institutionis in diversa parte testamenti. D. Vigil. b.c.*

Si separatum cuilibet. &c.] D. l. 5. de cond. inst. d. l. 129. de verb. obl. & ratio est, quia disjunctiva oratio unius partis veritate contenta est; unde regula juris Pontificii, In alternativo sufficit alterum adimpleri; reg. 70. in 6. Cujacius legit cui libet, voce divisa, id est

qui placet. Theoph. il. 2. Biuverius (cicumque voler). Illud addo, ex casu pendentes conditiones omnimodo impleri oportere; que auctem in potestate nostram conferuntur etiam tunc pro impleris haberi cum per alium stat quoniam implentur; veluti si quis ita institutus sit, Si sefam uxorem duxerit, & ea nolit nubere, l. 5. §. 5. quand. dies leg. l. 24. de cond. & dem. l. 161. de reg. jur. & ibi doctissime Pet. Fabr.

TEXTUS.

De his quos numquam testator vidit.

12. *Li quos numquam testator vidit heredes institui possunt; veluti si fratris filios peregrinantes, ignoranti qui essent, heredes instituerit. Ignorancia enim testarioris institutum institutionem non facit.*

COMMENTARIUS.

1. *Moribus multorum locorum nunc ad substantiam testamenti hereditatis institutionem non desiderari: quibusdam in locis ne locum quidem habere.*

Etiam qui nobis ignoti sunt heredes à nobis institui possunt, modo ne ex alio capite sint incapaces, puta quia peregrini, l. 9. C. hoc sit. l. 46. ff. ed. Poterit duplex hic esse dubitandi causa, tum quod certum esse debet consilium testatoris certaque persona institui, Ulp. in fragm. tit. 22. §. 3. tum quod eos fere heredes instituere solemus quorum merita affectionem nostram provocaverunt. l. 9. pro soc. Verum enim iurius ubi testatoris voluntas in personam aliquam certam destinata est incertum eius consilium incertare instituti persona dici nequit, licet circa accidentia persona, puta nomen, faciem, incertitudi sicut & potest quis etiam erga ignoramus ita affectus esse ut optime ei velit, vel propter sanguinis necessitudinem ut in exemplo proposito, vel propter famam virtutis eruditissimae.

Peregrinari] Peregrinari non peregrinantes heredes institui verantur, l. 1. C. hoc sit. Notissima autem est inter haec duo differentias peregrini enim civibus opponuntur. Jam vero Romani privato jure constituerunt ne quisquam qui civis non sit jus capienda hereditatis habeat. Qui autem ex civibus peregrinantur, hoc est peregre degunt, extra patriam suam in peregrinis regionibus versantur

*tur studiorum forte aut quæstus gratia, vel ut diversos hominum mores cogoscant, ubi videntur opulentas, cum hi cives esse non desinunt, nulla ratio est cur non à suis domi heredes institui possint, licet de facie testatoris noti non sint. Cujacius legit peregrinates, dictione divisa, quomodo in omnibus quoque libris manuscriptis legi testatur Hottomannus quos quidem videre illi contigit; atque cum ista lectione consentire & Theophilum: quo rāmen nomine reprehendunt à Bachovio quasi lectori imponat, cum etiam Theophilus habeat, iei. 2. *xi. dñvora* (peregrine degentes). Verum si bona fide agit Bachovius, necesse est valde oscitare. Theophilum ab eo inspectum esse: quippe cum Theophilus non proponat fratrem ipsum iei. 2. *xi. dñvora* (peregrine degentes) heredem institutum, sed liberos ex fratre, cum peregre ageat, procreatos.*

1. Multorum locorum legibus aut moribus nunc ita comparatum est ut heredis institutio ad substantiam testamenti non videatur necessaria, quo sensu hodie testamenta appellamus; nam & id testamentum dicunt, in quo relictis tantum legaris nulla heredis institutio facta est. Joann. del Castillo So-

TITULUS XV.

DE VULGARI SUBSTITUTIONE.

Dig. Rb. 28. tit. 6. Cod. lib. 6. tit. 25. & 26. Et Part. 6. tit. 5.

1. *Ratio ordinis: simul quam varie verbum substitutionis à nostri usurpetur.*
2. *Divisio substitutionis in directam & fideicommissariam; ac utriusque species explicatio.*
3. *Nomine substitutionis simpliciter positio intelligi directam & quæ & perfelli definitur.*
4. *Vulgata divisionis substitutionis notantur: ostenditurque, commodissime eam dividiri in duo genera dūmazaxt.*
5. *Summarorum que hoc sit. explicitantur.*

1. Postquam ea omnia Princeps tradidit que ad testamento recte ordinanda & heredem institutionem pertinent, reliquum videbatur, ut protinus disputaret quibus modis testamento recte ab initio ordinata postea affirmetur; ceterum cum testatori permisum sit non tantum heredem testamento insciuere, sed etiam in locum defini-

2. Atque hinc vulgo substitutio dividitur in directam & fideicommissariam. Directa est,

que

que fit verbis directis & civilibus, vel heredem heredi substituendo, veluti, *Titius beres esto; Si Titius beres non erit, Sejus beres esto;* vel legatarum legatario, veluti, *Titio fundum Cornelianum de lego; si Titius fundum quem ei legavi non ceperit, cumdem fundum Sejo de lego, l. 50. de legat. 2.* Nam & quod directa substitutio est, & ideo legatum agnoscere primo legatario evanescit, *l. 6. C. de legat.* Fideicommissaria est quo fit verbis precariis, cum scilicet testator vel heredem institutum rogat ut hereditatem partem hereditatis aut rem aliquam alteri restituat, vel legatarum a fideicommissarium ut restituant quod ius reliquitum est. Fideicommissaria substitutionis mentio fit cum alibi, tum in locis istis omnibus quos modo allegavit; directis & civilibus verbis facta, in *l. 7. C. 15. ff. hoc l. 1. 1. 7. de impub. & al. subit. l. 14. C. de fidicom. §. pen. Inst. infra de codicili.* Neque tamen venditare velim hanc divisionem ut perfectam; accipiat saltem ut generis *nps. 1.* & eo pertinet ut varium vocis usum quem in iure habet intelligamus.

3. Illud equidem certum est, nonem substitutionis simpliciter positum in usu juris (sive proprie sive per excellentiam) solam denotare substitutionem directam, atque cum qua heredem substitutio iudee passim videamus substitutionem opponi fideicommissum, *l. 6. §. 5. ad sen. Trab. l. 39. §. 3. de adm. rus. l. 77. §. 1. de legat. 2.* cum similibus; quorum etiam tractatio proprium locum atque hunc sat sollempne remouere occupavit circa finem hujus libri: in *π. lib. 36.* cum de substitutionibus agatur *lib. 28.* Igmar quod ad propositum attinet, si quatuor quid sit substitutio, ea sic licet definitor: Substitutio est secundo vel ulteriore gradu institutio; vel brevius & simplicius, est secundi heredis institutio, *l. 1. C. 4. §. 2. in fin. hoc tit.* Nam omnem substitutum Veteres secundum heredem vocant, licet longa serie substitutio facta sit, & qui tertio vel quarto vel ulteriore etiam gradu loco scriptus reperiatur, habito scilicet respectu non ad ordinem scripturæ sed successioris; & quia omnis substitutio collatus cum eo cui substitutio, & ex cuius persona relatione nomen substitutio accepit, semper secundus est. Vulgo hac ratio affectus, quia omnis institutio quo fit post primam & in locum primi hereditis deficiens recte dicatur secunda, quemadmodum secunda nuptia dicuntur quacumque contrahuntur post primas. V.n.s. Non usquequa vera est haec Vinnii

observatio. Qui enim substitutio substitutio, si subinde vocati heredes tertii, quarti, quinti, non secundi. Hinc teritorum heredum meinti Sueton. in *Claud. cap. 6. HEIN.*

4. Species substitutionis alii plures alii pauciores faciunt. Doctores communiter quinque vulgare, pupillare, exemplarem, breviloquum, & compendiosam. Exemplarem vocant substitutionem mente capti: breviloquum, cum alii mulius reciprocum, cum heredes instituti invicem substituentur: compendiosam quo verborum hoc compendio, *Quoniam deceperit,* comprehendit plures substitutionem species, plures casus & temporis; veluti si pater ad eum modum substituerit filio impuberi, concinebitur hic & vulgaris & pupillaris, & si forte filius mente captus sit etiam exemplaris; postremo militaris quoque privilegiata, si miles sit quis substituit, *Gom. 1. resol. 7. & 8. Grass. §. substitutio 4. 3. 4. 5. & multis seqq. Sichard. in l. 8. C. hoc tit. Ant. Merend. 4. cont. 6.* Duarum autem ad hanc tit. cap. 3. & *de ad Gomer. 1. resol. 3.* ponute hasce quatuor vulgare, & pupillare, quasi pupillare, & militarem, rejeclti breviloqua & compendiosa ut modis substituentur, non species substitutionis. Longe rectius nostro quidem iudicio Vigil. Myrs. Hotom. *bis.* Donell. 6. comm. 23. duas dumtaxat species statuunt vulgare, & pupillare, ad quarum alterutram formas omnes substituendi referunt & species revocant. Etenim si genera substitutionum à casum differentiis distinguenda sunt plura, non debent quoniam duo sicut nec plures sunt casus in quos fit substitutio quam hi duo, unus si institutus heres non erit, qui casus primus dicitur, & e.c. conditio vulgaris substitutionis alter, si heres erit, qui secundus & proprius pupillaris, *l. 4. 1. 45. ff. hoc tit. 1. 8. C. eod.* potest que substitutio exemplaris, quam vocante *institutio* referit ad pupillare & commodity nomine appellari quasi pupillaris, de qua agitur *l. 1. tit. 1. seq.* Compendiosa & reciproca diversas substituendi formulas denorant conceptus semper in primum vel secundum aut utrumque casum. Quod autem miles filio puberi vel etiam extraneo in secundum quoque casum directe substitue potest, abnorme atque ex privil. gen. est; neque ob id necesse est separatum speciem constitueri. Ceterum nec ipsa bipartita divisio alia est quam generis homonymi: quippe sola vulgaris substitutio proprie substitutio est, pupillaris non tam substitutio quam institutio prima, ut-

po-

pote per quam substitutio non testatori succedit & gradu secundo, sed pupillo & gradu primo tamquam ab ipso primo loco institutus. Ant. Merend. 4. contr. 6. n. 12. C. 13.

Obtinuit tamen ut & hac dicereferit substitutione, quia secundo loco fieri debet post institutum patri heredem, ut declarat Ulp. 1. 2. in fin. hoc tit. sive quia substitutio impuberis pars est & sequela testamenti paterni, §. 5. tit. prox. seq. Hoc studiosi juris premonstrare operaz duxi, ne Doctores scripta adeunte in vestibulo harereat aut offendenter.

5. Præsenti in titulo agitur de substitutione vulgare, paucis sane & parce promateris amplitudine & subtilitate. Proponuntur primo formulæ sive modi aliquot vulgariter substituendi; post aliiquid aspergitur de effectu, ut sciamus quas in partes, nullius substitutioni adscripti, substituti vocati intelligentur, & quatenus extendaen substitutio. Dicitur vulgaris à vulgari & usitato substituendi modo, vel quia vulgo & promiscue omnibus heredibus à quovis testatore fieri potest. Quid ea sit jam pene cognitum habemus, mox autem certius intelligetur exposito casu & vi conditionis hujus substitutionis propria.

TEXTUS.

De pluribus gradibus heredum.

Potest autem quis testamento suo plures gradus heredum facere; ut puta, Si illi heres non erit ille heres esto; & deinceps in quantum velit testator substitutio potest; ut novissimo loco in subdividum vel servum necessarium heredem instituire possit.

Summ. tit. 5. Part. 6.

COMMENTARIUS.

1. *Substitutionem in codicillis factam sustinueri in vim fideicommissi.*

2. *Gradus heredum non ex scriptura ordine, sed ex successione serie quam testator fecit estimari.*

3. *Conditionem banc si heres non erit, continere & casum impotentia & voluntatis; & an uno horum expresso continuatur & alter.*

4. *Conditionem si heres non erit, diversimode accipi pro diversa qualitate heredum & personae instituti.*

Tom. I.

5. *Suum heredem, accepto vulgariter substituto, ex necessario fieri voluntarium, salva item qualitate sui heredis.*

6. *Substitutionem vulgararem in suo herede non operari in casum impotentia, sed noluntatis & abstinencia.*

In testamento] Recte in testamento, ut & Marcian. l. 36. hoc tit. unde hæc descripta: nam in codicillis ut instituti heres non potest, ita nec substituti; siquidem & substitutio institutio est, & uteque modo hereditas dicitur datur; quod in codicillis non licet, §. 2. Inst. inf. de codicili. l. 10. de jur. codicil.

1. *Sciendum tamen est, etsi substitutio in codicillis facta non valeat jure directo, benigna canem interpretatione suscineri in vim fideicommissi, quasi heredes legitimi rotagi videantur hereditatem substituto restituere. Sententia communis & usu recepta non Doctorum tantum auctoritate, verum etiam legum, l. 76. ad senat. Treb. l. 13. §. 1. ff. de jur. cod. l. uit. §. 1. C. ead. Atque hanc tandem etiam, cum in contrarium multa disputeret, amplectitur D. Vigilius, & pro axiometo quodam esse jubet multarum questionum arbitrio.*

2. *Plures gradus heredum] Hoc est, plures heredum ordines, ut alii scribanur primo, alii secundo, alii loco tertio & ita deinceps, l. 2. §. 4. de bon. post. rec. tab. In qua diuinaturatione non scriptura ordo sed successionis spectari debet, ut ecce, in hac formula: *Titius beres esto & Sejus beres non erit; Sejus beres esto. Sejus qui ordine scripturæ secundus est, gradu & ordine delatae hereditatis est primus, Titius secundus ac proinde substitutus, l. 28. de ber. inst. l. 2. §. pen. & ult. hoc tit.* Nec vero etiam cohereditis adjectio gradum facit, sed omnes coheredes una eodemque gradu habentur, & ideo simul ad successionem ex testamento admittuntur, quemadmodum ad successionem ab intestato vocantur omnes qui eodem gradu cognitionis sunt. Ubi autem gradus à testatore facti sunt, tum scripti impeduntur simul heredes esse, l. 37. de ber. inst. nec substitutio locus est quando admetti potest prior heres institutus, l. 3. C. 69. de adg. ber. idque omnino postulat ordo graduum profectu erga heredes à testatore descripsit, apud quem ut priore amoris gradu institutos esse appetat quam substitutos, ita dubium non est, quia ad illos malit quam*

Hih ad

ad hos hereditatem suam pervenire.

3. Si heres non erit] Hic casus primus dicitur, & est conditio vulgaris substitutionis propria. Non semper autem hic casus plena oratione exprimitur, ut fit hoc loco; sed saepe uno verbo substituendi significatur, ut si testator ita dicat, *Titio Meum substituo; aut pluribus institutis ita, eorum viventibus substituo.* Casus autem iste, si heres non erit generalis est, continens in se & casum noluntatis, ut loquuntur, si heres esse nolit; & impotenter, si non poterit heres esse: fac. l. 56. sol. matr. Utterque casus speciationem exprimitur l. 3. C. de her. inst. Sub casu impotentie iterum sunt inferiores & veluti species infinita, veluti si mortuus sit, si deportatus. Quorum omnium cum sit diversa ratio, non facile admittendum est quod ex communione doctorum sententia Gomez t. var. r. 10. s. 3. n. 10. referat & probat, uno casu speciali expresso aut noluntatis dumtaxat aut impotentie, alterum interpretatione suppleendum esse, & perinde habendum ac si uterque expressus esset; & manifeste obstat hinc sententia l. 10. de lib. & post. Sane non dixerim, cum qui expresse & specialiter substitutus est in casum deportationis hereditis instituti, intelligi debere etiam substitutum in casum mortis. Quod autem in institutione neoptis Aquiliani casus mortis per interpretationem producitur ad casum deportationis & similium, mirum non est: quoniam omnium ex sententia Galli eadem ratio est, l. 29. s. 5. d. tit. Idemque respondeo potest de substitutione facta impuberi filo, in qua placet casum prius seu vulgaris expressum extendi eriam ad alterum seu pupillarem non expressum, & contra: nimis sumptum hoc ex conjectura voluntatis, ut pluribus decebimus tit. seq. quamquam non tam Prudentium interpretatione hoc nisi introduxit quām specialis constitutio D. Marci l. 4. hoc tit. Add. Cujac. ad d. l. 10. de lib. & post. Duar. cap. 9. hoc tit.

4. Porro conditio hac si heres non erit, pro diversa qualitate heredum personaeque instituti & ipsa diversimode accipitur. In extraneo herede qui sui juris sit hoc significat, si neque sibi hereditatem adquisierit, neque aliud mutata conditione heredem fecerit. In ejusdem qualitate herede qui alieno juri subjectus est, codem sermone hoc significatur, si neque ipse heres erit, neque hereditatem ei cuius in potestate est adquisierit, s. ult. boc tit. ubi hac de re latius atque ex

professo. In suo herede eadem formula hoc significat, si se paterna hereditate abstinuerit, si cum effecitu heres non extiterit, eo quod se bonis paternis immiscere noluerit. Nam etsi suis heres ipso iure heres existit, & ideo non esse sine herede dicitur qui suum heredem, licet se abstinentem, habet, l. 30. s. 10. de fidicione libert. cuius rei notabilis effectus indicatur in specie l. ult. de adq. ber. tamen cum de excludendo substituto queritur, & vi atque interpretatione horum verborum, *Sifilius mibi heres non erit, ex voluntate substitutus quam ius civile hie sequitur & approbat, non nuda ista existentia, sed immixtio filii cum additione heredis extranei comparanda est; aliquo non substitui quidem filio in istum casum posset: nam si nullo modo efficeret filius potest ut non sit heres, frustra ei substitutus datur in eum casum quo heres non sit, quo proculdubio continetur etiam casus noluntatis.*

5. Ac dicendum omnino videtur suum heredem, qui in vulgarium casum substitutum accepit, ex necessario herede fieri voluntarium, & id quidem ex ratione ipsius iuris civilis, quo scilicet patri permisum necessitatem istam ut in suum solius favorem introductam remittere, & quam etiam tacite remissione intelligatur dato filio in vulgarium casum substituto, ut quod alias filius non habuisset nisi jure prætorio, abstinendi nimirum licentiam, id nunc habeat iure proprio acceptum à patre, ac proinde ex jure civili, per l. 12. de cond. inst. l. 86. de her. inst. Doctores vulgo contendunt, per vulgare substitutionem in totum tolli jus suis, arg. l. 12. & l. 16. de lib. & post. Grass. §. substitutio quart. s. n. 3. sed hoc nullo modo adiunxi potest: aliquo nec in pupillari substitutione expressa umquam inesse posset vulgaris, nec in vulgari pupillaris; & transmissione, quo solius suisatis ante legem Theodosii effectus erat, per vulgarem substitutionem ex tempore fuisse impedita: que omnia falsa sunt, priora duo manifeste, tertium argumento l. una. s. 5. & s. 13. C. de cad. toll. ubi Justinianus deum substitutione vult adiunxi, cum desuna persona que hereditatem non adiunxit transmittit ex lege Theodosii, quæ unica est sub tit. C. de bis qui ante ap. tabl. ber. transm. Nimirum jus transmittendi, quod soli ante sui heredes & simpliciter habent, etiam in casu substituti extendens ad personas d. lege Theodosii comprehensas. Et vero, quod omnino considerandum, in persona sui

DE VULGARY

sui heredis dux hz sunt qualitates diversæ, necessarium esse, & suum esse, quarum hac salva aut saltu vulnerata tantum, illa tolli potest, ut factum videmus editio prætoris, quo manente suitate data est abstinenti potestas.

6. Concludendum ergo, substitutionem vulgarem in suo herede non operari in casum & speciem impotentie, sed in casum noluntatis & abstinentie dumtaxat: utique si filius patri superest fuit; nam si is vivo adhuc patre decederet nullis liberis reliquis qui quasi agnoscendo testamentum rumpan, dubium non est quin substitutioni locus sit, Zas. trax. subst. cap. 11. in quarto effedt. Gomez t. resol. 3. m. 15. 16. & 24. Bachov. in Treut. vol. dip. 11. thes. 7. Christin. vol. 4. decit. 16. n. 4. D. Joann. à Sande lib. 4. tit. 3. Illud quoque mihi plane persuaderet, abstinentie filio suo herede substitutum heredem fieri iure civili, hoc est, direxto ex substitutione venire, & hereditatem adire posse ex iuris formulæ, *Si filius mibi heres non erit Sempronius heres esto; quamvis hoc non placeat Anton. Fabro, qui substitutum non ipso iure heredem fieri, sed à prætorie tantum ad bona admitti contendit, decad. 32. err. 7.*

Novissimo loco servum necessarium] Qui omnino legitimas successiones impeditre ariue in omnem casum sibi vulte propriece non intestati exitum faciat, si poterit in defactis priorum servum suum postremo loco insitutere heredem necessarium: quod illi quoque facere solent quibus facultates sua suspecte sunt, ut auctionis infantiam quam meruent defensionibus voluntariis hereditibus modis omnibus se avertant, & quod in aliis non potuerunt in servos tandem transferant, s. 1. Inst. infra. de ber. qual. Quid si servus non loco novissimo sed intermedio substitutus sit, aut ipsi primo insituro substitutus datus? Putatis contra Vigiliam cum Joann. Fabro defendi posse, dominum videri servo remississe adiundi possit, dando ei substitutum in eum casum quo heres non esset: utique si substitutus hereditatem adire paratus sit, arg. l. 12. de cod. inst.

TEXTUS.

De numero heredum in singulis gradibus.

1. Et plures in unius locum porrunt substituti, vel unus in plurimum, vel singuli in in-

SUBSTITUTIONE.

gulorum, vel invicem ipsi qui heredes instituti sunt.

L. 13. tit. 5. Part. 6.

COMMENTARIUS.

C Onplures sunt formæ substituendi. Substituuntur vel extranei, vel ipsi heredes instituti. Prior species variatur quatuor modis: nam & singuli singulis, & plures pluribus, & plures uni, & pluribus unus substituti potest. Secundus modus hoc loco & apud Marcianum l. 36. s. 1. est. omnissus est, forte de industria, quis eadem illius quæ primi ratio est. Illud autem in his omnibus tenendum, ut substitutus locus fiat necesse esse ut ante primo gradu instituti defecerint, quocumque casu ex superioribus modis substitutione facta proponatur; hoc enim perpetuo exigit natura & ratio substitutionis, adeo ut nulla etiam videatur esse causa dubitandi, ne in postremo quidem casu ubi unus pluribus substitutus sit. Nam qui ita loquitur, *Ostavius & Nonius heredes sunt; si non erunt, Decius esto;* utique aperte significat se velles institutos & ambos & singulos substituto preferri, atque hunc non aliter admitti quam si neutri illorum heres fuerit; quod ipsum disertè quoque tradidit est l. 4. C. de impab. & al. mblt. Quare vix est ut credam apud Veteres juris auctores de eo dubitatum fuisse, quanvis persuasum fuerit Justiniano, l. pen. C. d. tit.

Vel invicem ipsi] L. 37. s. 1. de her. inst. Hæc est substitutio quam Modestinus reciprocum vocat, l. 4. s. 1. hoc tit. Papinius mutuum, l. 64. de legat. 2. exemplum exrat apud Sueironum in Tiberio cap. ult. Doctores vulgo appellant breviloquani, vocabulo non satis rei conveniente; neque enim ex verborum brevitate estimatur, sed ex reciprocatione formula, quam nihil prohibet longiore oratione conciperi, ut fecit Theophilus, & notavit D. Vigilius. Modus autem substitutus est, non species substitutionis, ut superius diximus, & pupillari quoque convenit, d. 1. 4. s. 1. hoc tit.

TEXTUS.

Quam partem singuli substituti accipiunt si partes in substitutione expressæ non sint.

2. Et si ex disparibus partibus heredes scri-

pro invicem substituerit; & nullam mentionem partium in substitutione haberet, eas videat in substitutione partes dedisse quas in institutione expressis; & ita Divus Pius prescripsit,

L. 3. tit. 5. Part. 6.

COMMENTARIUS.

Per heredes ex imparibus partibus instituto, atque invicem simpliciter substitutor, ex substitutione in partes hereditarias vocatis intelligi; & quando boc regula temperandam.

Pluribus heredibus etiam ex certis partibus institutis, si unus simpliciter substitutus fuerit, hic illis deficientibus totum assens ex substitutione feret; si plures pluribus eodem modo substituti, singuli ex partibus aequalibus heredes erunt, licet inaequales adscripti sint institutis: quippe cum hic discertit non possit qui cui substitutus sit. At si singuli singulis, tum eam quisque partem habebit quae adscripta primo cui substitutus est. Dubium quoque non habet si testator heredes institutos mutuo subseqentes in substitutione easdem partes nominatis servari volunt quas in institutione expressis; aut si alias partes in substitutione fecit, quin voluntas servanda sit.

In hoc quæsumus est in substitutione recta proca, si testator heredes ex imparibus partibus institutos invicem simpliciter substituerit, hoc est, nullam in substitutione partium mentione facta, utrum in partes viriles an in hereditarias ex substitutione vocati intelligeant. Et Divus Pius voluntatem testatoris in hac substitutione sicut interpretatus est, ut videatur testator eos vocasse in portiones hereditarias, hoc est, ex hisdem partibus substituisse ex quibus instituti sunt, l. 5. l. 24. ff. doc. tit. l. 1. C. cod. & boc. texti. Optima sane ratione: neque enim verisimile est testatorem pluris eos fecisse in gradu secundo quam in primo: cum substitueret quam cum institueret: ut pronaide partes que in institutione expresse sunt repetita videri debeant in substitutione: qua eadem ratione etiam legata ab institutori relata à substitutis repetita esse intelliguntur, l. 74. de legat. 1. & clausula quoque sive conditio in institutione apposita in substitutione repetita, utique si eadem sit aut utrobius ratio, arg. l. 14. de legat. 1. l. 1. C. de impul. & al. subst. Ant. Fab. Cod.

TIT. XV.
suo tit. 7. defin. 3. Christin. vol. 4. decr. 13. n. 7.

In vicem substituerit] In duabus heredibus invicem substitutis huic questioni locus esse non potest: siquidem uno ex duobus deficiente, alterum semper quod reliquum est habere oportet, & in solidum heredem fieri. Sed minimum tres institutus cosque invicem substitutos ponamus necesse est; verbi causa, uti Ulpianus speciem proponit d. l. 24. boc. tit. si unus ex uncia, secundus ex besse, tertius ex quadrante sit institutus; repudiante tertio in novem partes dividetur quadam, feretque octo partes quae ex besse institutus est, unam partem qui scriptus ex uncia. Manifestum igitur est male omnino Theophilum hunc locum interpretationem esse cum in duabus institutis invicemque substitutis exemplum posuit.

2. Quia in institutione expressis] I. Ulp. d. 1. 24. hoc sic temperat, nisi alia mens fuerit testator. Quibus verbis Interpretes denariorum & excipiunt utramq[ue] casum quo non simpliciter & tribus verbis onnes invicem substitutur, aut quidam sub appellatione heredum aliqui ex coheredibus, puta hoc modo: Si Titius heres non erit, quinquererit, ex parte quoque Titii esto, aut, Ceteri qui primo loco scripti sunt: sed repetitis in substitutione propriis singularium nominibus, vel hoc modo: Titius ex quincunce, Mavios ex triente, Sempronius ex quadrante heredes sunt. Si Titius heres non erit, Mavios & Sempronius ex parte quoque Titii heredes sunt. Hic secundum communem sententiam Mavios & Sempronius in portione deficiente Titii viriles, hoc est, aequalis non hereditariae partes habebunt; idque ex non obscura voluntate testatoris, qui in substitutione propria cunque nomina repentes, jam non ad partes in institutione dasas sed ad personas & numerum substitutorum substitutionem retulisse dicendum sit, arg. l. 24. ad sen. Treb. l. 124. de legat. 1. l. 37. de stip. serv. Aque hanc sententiam etiam D. Vigilius probat, ac preceptoris suo D. Francisco Curtio, cui ea displicebat, propterea quod Jurisconsultus in d. l. 24. boc. tit. requirit voluntatem evidenter expressum, responderet expressionem propriorum nominum ex interpretatione Prudentium viam expressae voluntatis in hujusmodi questionibus habere. Idem probandum est si testator aequalis onus substitutis imposuit, per l. 23. ad sen. Treb. Gloss. in l. 1. C. de imp. & al. subst. Gomez 1. resol. 5. n. 20. D. Tuld. comm.

comm. boc cap. 2. Christin. vol. 4. decr. 13. n. 7.

TEXTUS.

Si coheredi substituto aliis substitutatur,

3. Sed si instituto heredi coherede substituto dato, aliis ei substitutus fuerit: Divi Severus & Antoninus sine distinctione rescripserunt ad utramque partem substitutum admitti.

COMMENTARIUS.

1. An in specie hic proposita utraque pars defella jure substitutionis ad secundum substitutum pertinet.

2. Scuola cum Papiniano conciliatur.

Si paterfamilias Titio & Mavio heredibus institutis, Titium Mavio sine reciprocatione substitutus & Titio Sempronius, certum est deficiente Titii partem non accrescere Mavio coheredi Titii, sed al Sempronium iure substitutionis pertinere: quippe cum verba illa, Si Titius heres non erit, generalia sint & utramque casum complectantur, sive heres non erit ex institutione, sive non erit ex substitutione. Ceterum haec species hue non pertinet. Et male Hotomanus tali exemplo usus est ad hujus lociclarationem. Hic enim non tantum queritur de parte ejus qui coheredi suo substitutus alium substitutum accepit, sed etiam de parte coheredis cui ille aliis expresse substitutus non est; & nimis ut eterque defecerit, an pars utriusque ad illum unum tantum substitutum iure substitutionis pertinet: quod his affirmatur, & in l. 27. l. 41. in pr. boc. tit. Ex hoc igitur jure regula fiat: Substitutus substituto intelligitur etiam substitutus institutu.

1. Sima distinctione ad utramque partem] Si scilicet neuter heres exiret. Videamus primum de partibus: deinde explicabimus quid illud sit quod ait, sima distinctione. De partibus dubitari poterat non an ambe ad substitutum pertineant, sed an pertineant iure substitutionis tamquam ad substitutum utriusque. Nam si verbi causa Mavios, cui Titius coheres & substitutus datus est, ante Titium defecerit, Sempronius Titio substitutus deficiente deinde Titio ad utramque quidem partem sine dubio admittitur; sed ideo ad partem quoque Mavii, dixerit aliquis, non quod huic quoque substitutus intelligatur, sed quia vel deficiente Mavii pars Titio coheredi, cui

Sempronius substitutus, jam prius accrescit; vel quia nunc ipsi accrescit Sempronio. Verum prius illud nullo modo dici potest, quia deficiente portiones non accrescant alii quam qui ex sua parte heredes exierunt, l. un. & 10. C. de cad. toll. uade portio portioni accrescere dicitur instar alluvionis, l. 33. in fin. de uris. Quod si Titium heredem extitisse ponimus, expiravit substitutio, l. 5. C. de impub. & al. subst. Posterior teste Vigilio visum est nonnullis veterum Interpretrum, ut Dyno, Joann. Fabro, atque ex recentioribus Lancelloto Polito, qui, eti dicunt Sempronius in utramque partem in specie proposita substitutus, nequitum tamen dici posse contendit revera substitutum esse Mavio. Sed merito Doctores communiter, quos & Vigilius sequitur, hoc improbat. Quia enim potest esse dubitandi ratio, si dicamus partem Mavii accrescere Sempronio cum etiam accrescat eti Titius Mavio substitutus non esset? Et igitur aut frusta & inepte talis casus ponitur quo Titius coheredi substitutus est; aut hoc operabitur substitutio Titii, ut Titio substitutus etiam ei cui Titius substitutus est, tunc substitutus esse intelligi debet. Atque hoc ipsum satis apterum docet hoc loco Justinianus, cum ait substitutum ad utramque partem admitti: admitti videlicet eodem iure, atque ex substitutione de qua sola hic disputatur; & quia, ut diserte ait Jurisconsultus in d. l. 27. hoc sit, in utramque partem substitutus intelligitur. Sed quid refert ex substitutione, an iure accrescendi dicamus portionem etiam Mavii Sempronio deficeri? Nihil quidem admodum in casu proposito. Sed finge, praeter Titium & Mavium Cajum quoque heredem institutum: hic jam Sempronio proderit iure substitutionis defierte portionem Mavii ut excludat Cajum, quem non excluderet in iure accrescendi. Illud non animadverto, quomodo huius applicatio possit quod praeter Bachovius notat, jus accrescendi sequi heredem ejus qui portionem suam agnoscit, quantumvis ante decesserit quam ipsi quidquam accresceret; substitutionem autem ad heredem non transmitti, l. 9. de suis & leg. 1. 81. de adq. her.

2. Quid autem illud est quod ait Imp.

sime distinctione admitti? Nimis hoc expli-

candum ex responsa Papiniani l. 41. in pr.

boc. tit. Primum nihil interesse ratione ordi-

nem scriptura, utrum ante primam substitu-

tionem secunda facta sit an postea, veluti in

hoc exemplo: Titius & Mavios heredes sunt;

Si

Si Titius non erit, Sempronius est; Si Mavius non erit, Tius est. Secundo nihil interesse, utrum prior substitutus post institutum ante decesserit. Sed hic Papiniano obiectur Scavola, l. 47. end. Species quam ibi Scavola proponit est hujusmodi: Qui filium & filiam impuberis habebat, instituto filio herede familiam exheredavit; &c., si filius intra pubertatem decessisset, filiam eidem substituit; filia, si antequam nubetur decessisset, uxorem suam, item sororem; & responderet, si filia impuberis prior decesserit, deinde frater eius impuberis, hereditatem filii ad uxorem & sororem testatoris jure substitutionis non pertinere. Accursius, quem bona pars Doctorum sequitur, alii, Scavolam sic respondebit, quia in causa illuc proposito secunda substitutio jam existinda erat pubertate filie; sicut enim ille locum legit: *cum filia pabes prior decesserit; & quia sciebat apud alios legi impubes (quomodo textus quoque Pisanius & Noricus habent) notat, olim impubes, nunc pabes.* Sed in tali casu non debet Jurisconsultus distinguere; cum nec si post institutum substitutus jam pubes & heres factus decesserit ex secunda substitutione quisquam admittat possit. Bachovius putat in pupillari substitutione diversum jus esse, aut saltem in specie d. l. 47. ubi pupillo non coheres substitutus sed filia exheredata camdem voluntatis interpretationem non admittit, ut scilicet substituti substituta videantur etiam substituti instituto. Atqui idem adhuc dicendum videtur favore pupilli, ad cuius utilitatem pertinere creditur ut substitutus habeat, l. 42. de adq. her. Deinde si in pupillari substitutione aliquo jure uebantur, cur non simpliciter Jurisconsultus responderet, hereditatem instituti jure substitutionis ex secunda substitutione non deferet? Nisi Compositorum socios adscribendum quod responsum Scavola in Pandectas reuelerint, cum rescripto Imp. Severi & Antonini distinctio illa quo Scavola uitetur sublata esset. Mallem cum Viglio dicere, Imperatorum rescriptum loqui de duabus partibus unius hereditatis; Scavolam respondit de duabus hereditibus, ad quas rescriptum istud temere producendum non sit, sed in quibus vetus distinctio adhuc obseruat, utrum prior substitutus ante, an post institutum decesserit.

TEXTUS.

Si quis servo qui liber existimatatur
instituto substitutus fuerit.

4. Si seruum alienum quis patremfamilias arbitratus beredem scripterit, & si heres non esset Mavium si substituerit; iisque seruos iussu domini adierit hereditatem, Mavium substitutus in partem admittitur. Illa enim verba Si heres non erit, in eo quidem quem alieno iuri subjectum esse testator sicut, iis accipiuntur, Si neque ipse heres erit, neque aliquum heredem efficerit; in eo vero quem patremfamilias arbitratur, illud significat, si hereditatem sibi vel ei cuius juri postea subjectus esse cooperari non adquisierit. Idque Tiberius Caesar in persona Parthenenii servu sui constituit.

COMMENTARIUS.

1. Si filiusfam. heres institutus sit, iisque si heres non esset substitutus datu: utrum repudiante filio pater an substitutus admittendus?
2. Pleraque aliae questiones qua dicitur tractari solita, obiter excusa & definita.
3. Utrum in casu hic proposito inter dominum institutum & substitutum hereditas ex agno dividenda, an sic ut ille dodrantem, hic quadrantem dumtaxat ferat?

In explicatione pr. hujus tit. diximus, haec verba, *Si heres non erit, in persona patrisfam. significare si nec heres erit nec aliud heredem mutata postea conditione fecerit.* In eo qui alieno juri subjectus est, eodem sermone hoc significari, si vel ipse heres non erit vel ei cuius juri subjectus est hereditatem non adquisierit. Et igitur si patremfam. heres institutus in eum casum substitutum acceptit, *Si heres non erit;* iisque vel in eodem statu manens sibi hereditatem adquisierit, vel mutata ante testatoris mortem conditione, servus aut filiusfam. factus dominum aut patrem heredem fecerit: in solidum excludetur substitutus. Similiter si servus aut filiusfam. heredes instituti & in causum quo heredes non erunt substitutum acceperint, & aut ipsi mutata conditione ante mortem testatoris sibi hereditatem adquisierint, aut in eo statu manentes dominum aut patrem heredes fecerint: substitutus itidem in totum repellitur, l. 40. de ber. inst. l. 70. ff.

de

DE VULGARI

de adq. ber. l. 5. C. de impub. & al. subst. & hoc sit. Ceterum hoc ita si testator non ignorabat eum quem heredem instituit in aliena esse potestate; nam si patremfam. esse putabat qui servus alienus erat, hic propter falsam opinionem & incertitudinem voluntatis testatoris media via electa est, ut substitutus cum domino servi in partem admittatur, l. 1. 40. & seq. de ber. inst. & hoc §. Nam ex ratione juris dominus solus admittendus videbatur, cum magis sequendum id quod in veritate est quam quod in opinione. Pro substituto autem facit presunta voluntas testatoris, qui non videtur domino consulere voluisse eum heredem instituens quem ignorabat dominum habere.

2. Quæsumus est, si filiusfam. heres institutus iisque hac conditione si heres non fore substitutus datus sit, utrum repudiante filio pater an substitutus admittendus. Duarenus in comm. ad bunc sit. cap. 10. pro patre respondet; Viglius ad bunc s. pro substituto. Ego cum Viglio censeo substitutum patri preferendum, quippe cum ille ex manifesto iudicio testatoris veniat, hic non item; tum etiam, quia repudiante filio existit conditio substitutionis, quæ in extraneo herede instituto qui alieno juri subjectus est hunc sensum habet, si neque ipsa heres erit, neque eum cuius in potestate est heredem fecerit, quorum neutrum fit in proposito, l. 3. C. de ber. inst. Ad hæc si coheres filio datus repudiante filio patrem excludit, quanto magis substitutus constat enim ius ejus substitutionis potest esse iure accrescendi, l. 2. §. 8. de bon. post. sec. tabb. In contrarium movere Duarenus his rationibus. Primum quia Justinianus l. ult. §. 2. C. de bon. que lib. filio repudiante filii adeundae patri concedit, perinde ac si pater institutus esset. Sed respondens constitutionem istam ut exorbitantem cancellis suis continentam, neque extendendam esse in præjudicium ejus qui venit ex testatoris expreso iudicio, substituti videlicet; quem utique magis testator dilexit quam patrem, cuius contemplatione institutio facta non præsumitur, sed amore filii dumtaxat. Conservare quodammodo voluntatem defuncti voluit Justinianus, non evertere; & vulgatum est, provisionem hominis facere ut cesseret provisio legis; adeoque non dubito, quin etiæ coheres filio pater datus esset, nihilominus tamen filio repudiante à substituto excluderetur, l. 1. 2. §. 8. sec. tabb. Aliud argumentum dicit Duar, à conditione substitu-

SUBSTITUTIONE.

431

tiois, quam putat non minus repudiante quam adequate filio defere properea quod repudiatio sua patrem heredem faciat, arg. d. 1. ult. §. 2. C. de bon. que lib. junct. d. 1. 40. de ber. inst. & hoc narr. §. Verum in hoc manifeste errat; nam etiæ per occasio- nem repudiatio filii pater hoc consequitur ut ipse hereditatem filii delatam adire possit; non tamen hoc consequitur per filium, sed beneficio legis, quod cessare debet ubi testator ipse alium heredem sufficit. Per filium ergo qui repudiavit pater heres non fit, sed sua ipsius adiunctione, ex persona pro priæ vi constitutionis Justinianæ, quæ cum habet pro instituto, ubi scilicet alius à teste- tore non vocatur: nam voluntatem testatoris modis omnibus sartam ex teßam leges onnes conservant. Non aliter autem dominus aut pater per servum aut filium heredes existere possunt, aut hi illos heredes facere quam ad- cundo; repudiando autem nequam, l. 7. de adq. ber. l. 3. C. de ber. inst. & hoc text. & alioquin etiam quivis heres institutus here- ditatem recusans adire, dici posset eos qui ab intestato veniant heredes facere, & coheres coheredem; atque ita fieret ut fere semper excluderetur substitutus contra manifestam voluntatem testatoris. Nec movere debet quod Ulpian. responderet, filium repudiando patri non nocere, l. 13. §. 3. de adq. ber. Hoc enim non eam sententiam habet, filio repudiante patrem nihilominus per eum heredem fieri; sed repudiacionem filii non obstat quo minus filius jubente postea patre adhuc ad- eat. Postremo hoc modo argumentum Duarenus: Si pater & filius una eademque per- sona censemur, l. ult. C. de imp. & al. subst. nihil referre debet utrum filius ipse heres in- sicutus an pater hereditatem aedat. Sed non animadverit hoc argumentum in se retrorueri posse hoc modo: Si pater & filius una per- sona censemur, filio per repudiacionem ab hereditate remoto etiam pater ejus remotus intelligi debet. Verum hujusmodi fictionibus juris non est abutendum ad evertendas vo- luntas defunditorum, quæ in testamentis rotum faciunt, l. 35. §. 3. de ber. inst. Ita cum Viglio sentiunt & Salicet, in d. 1. ult. C. de bon. que lib. Polit. de vulg. subst. Fachin. 4. cont. 63. Ant. Fab. dec. 33. err. 7. Don. 6. comm. 24. Bachov. in Tract. vol. 2. disp. 11. ibes. 7. Dissentient cum Duarenio Bart. in l. 1. hoc tit. Gloss. Cyn. Castr. in d. 1. ult. Merend. 4. contr. 8. Grass. §. substitutio quæst. 2. n. 4.

2.50-

2. Solent & aliae quæstiones hoc loco agitari quas obiter excutiemus , nam instituti ratio non patitur ut singula exequamus accurate. Prima est , utrum indigno aliquo herede instituto eique substituto dato in casum quo heres non erit , fiscus potior sit an substitutus , hoc est , utrum in proposito fiscus hereditatem indigno auferat , an locus sit substitutus ? Ego cum Duar. d. cap. 10. & DD. comm. Grass. d. quæst. 9. n. 8. pro fisco conera substitutum responderem , per l. 12. de his ut indecne , neque poena instituti heredis debet esse præmium substituti , ut generaliiter definit Papinius . l. 15. de senat. Silan. Non idem juris est in institutione plane incapacis , puta deportati ; nam talis institutio cum pro non scripta habatur , l. 1. C. de ber. inst. testamentum à substitutione exordium capiet , arg. l. 3. §. ult. de lib. 5. post. Alia quæstio est , ut præferendus , substitutus , an is in quem extra causam substitutionis hereditas non adiuta transmittatur. Jure veteri sui heredes protestate nuda existente hereditatem transmittebant in heredes quoscumque , l. 3. C. de far. del. l. 8. C. de suis & leg. her. Ex constitutione Theodosia liberi omnes delatam sibi à parentibus hereditatem transmittunt ad descendentes suos , l. un. C. de his qui ante apert. tabb. Est item & tertium genus transmissionis , in quo non hereditas sed jus deliberandi transferunt ex lege Justiniani , l. 19. C. de jur. del. Pro tripli ergo hac transmissionis differentia primo queritur , si suis heres , qui in casum quo heres non foret substitutus accepit , antequam se bonis parentis immiscueret , aut absinuisset mortuus sit , utrum vi solius existente hereditatem transmittat ad successores suos , an admittendus porcius substitutus . Et communis quidem sententia est , substitutum admittendum excluso transmissario sive herede inservi , quoniam substitutio vulgaris perimit iuris suitatis . Sed hoc perspicue falsum est , ut ostendimus sup. in notatis sub fin. pr. hoc tit. ubi plenissime probavimus iuris suitatis in proposito salvum manere , licet necessitas remissa intelligatur neque substitutionem vulgarem in suo herede operari in casum impotentie , sed abscentie dumtaxat . Insignis vero error est Joann. Deckeri lib. 1. disserit . 14. n. 41. asserente , ideo per vulgarē substitutionē tolli transmissionem que ex jure suitatis est , quia suis heres instituti non aliter ex testamento heres fit quam si se immisceat . Notissimi enim juris est , suis heredes tam ex testamen-

to quam ab intestato statim atque ipso iure heredes existere , §. 2. Inst. inf. de ber. qual. l. 1. §. 7. ff. si quis omisit , causa test. l. 3. C. de far. delib. vid. Ant. Etab. dec. 34. err. 4. Secundo , utrum substitutio potior an transmissionis ex constitutione Theodosii , d. 1. un. C. de his qui ant. ap. tabb. Hic item pro transmissario contra substitutum responderem per l. un. §. 13. C. de cad. toll. ubi ius transmittendi , quod ante sui heredes soli & simpliciter habebant , etiam in case substitutionis Justinianus diserte extendit ad personas lege Theodosiana comprehensas . Duar. d. cap. 10. Ant. Etab. d. err. 4. estque hac sententia etiam communiter recepta . Grass. d. quæst. 9. n. 3. neque Joann. Deckeri ubi supra quidquam afferit quod me in contrarium trahat . Tertio , utrum transmissio iuris deliberandi ex lege Justiniani , l. 1. 19. C. de jur. del. excludat substitutionem , an hinc illam . Hic ego pro substitutio responderem contra transmissarium Justinianum , cum Salic. in l. 1. 19. Ang. Rip. in l. 1. hoc tit. Zas. tral. subit. cap. 1. in tertio effluo versi . tertia species . Polit. de vulg. subit. n. 92. & seqq. Anton. Fab. d. dec. err. 5. Decker. d. disserit. n. 44. Neque nova & exorbitans constitutio facile extendi debet cum iuris tertii , qui pro se habet & provisionem hominis & simul voluntatis legis poteat locus Justinianii d. 1. un. §. 5. junct. §. 13. C. de cad. toll. qui in contrarium adducitur , commode referri & restringi ad duas priores species transmissionis , ut proprie vultus Imperatoris accipiantur , & de his solis qui ipsam hereditatem transmittunt . Diss. sic Duar. d. cap. 10. & DD. comm. Gomez . res. 1. n. 2. Grass. d. quæst. 9. n. 3. Christin. vol. 4. decit . 17. n. 2. Fochin. 4. contr. 62. Postremo queritur , quid iuris sit si institutio beneficio axatis contra additionem restituatur sit . Quasi hec omnium est difficultas . Sententia communis est , convalesce substitutionem , arg. l. 44. de rejud. l. 1. §. 10. l. 2. §. 10. ad senat. Tertull. Gloss. Salyc. Cyn. & allii in l. 5. C. de impab. & c. subit. & hanc sequuntur Anton. Fab. 3. conject. 4. Don. 6. comm. 24. sed contraria de jure prior videtur , per d. l. 5. & textus perspicuus in l. ult. de success. edit. l. 7. §. 10. & ibi Cujac. & Paul. Bus. de minorib. Neque temere beneficium restrictionis extra personam minoris in alterius favorem porrigitur debet . Zas. tral. subit. cap. 1. versi . secunda limitate . Duar. d. cap. 10. Ant. Merend. 4. contr. 9. Bachov. in Treutl. vol. 2. dip. 1. subit.

thes. 7. Perez ad tit. Cod. de imp. & al. subit. n. 7. Utrum autem excluso substituto hereditas ad legitimum successorem pertineat quod placet Duar. Bachov. & Merend. an fisco locus fiat , quod Cujacio & Busio , in medio relinquimus . Nunc ad institutum redeamus .

3. *Mevius in partem admittitur*] Non exprimit in quotan ; & ita quoque simpliciter scriptum est in l. 41. de ber. inst. hereditatem dividit inter dominum instituti & substitutum . Sed utrum ex æquo , ut dimidiam partem hereditatis dominus dimidiam item substitutus ferat ; an ut ille dodrarent , hic quadratum dumtaxat , ut Gloss. & DD. communiter voluerunt ? Non ambigo quin ex æquo : quomodo hunc locum & Theophilus interpretatus est , & interpretantur esse vel hoc unum argumentum esse debet , quod pars nominis nisi quid aliud adiiciatur semper dimidiam significet , l. 164. §. 1. de verb. sign. l. 43. de usfr. Et rogo in re dubia ubi paria in utramque partem argumenta afferruntur , quam rationem vel in speciem habere possit iniquis ista distributio ? Quinio si partes inæquales facienda , substituto potius favendum erat , cui & verba & voluntas restauris suffraganter , quam domino qui mera tantum ratione juris nititur & de quo testator cogitare non potuit cum eum institutio quem ingenuum parabat . Obstaculum hinc sententia d. 1. 40. de ber. inst. ubi Julianus : Potest dici Sempronius in partem hereditatis (puta dimidiā) qua quotā non expressa ordinarie intelligitur , l. 164. §. 1. ff. de verb. sign. l. 43. ff. de usfr.) admitti . Addita ratione pergit Julianus : Quia adiectio ad eos pertinet qui patresfamilias heredita scripti , posita in servitio deduci fuerint . Igitur in hoc casu semiserit , ita ut alter semis inter eum qui dominum instituti hereditis fuerit & substitutus quis portionibus dividatur . Et hæc manifesto est altera species . Patresfamilias instituerat Titiū iussu domini adeunte , que substitutus Titiū nunc ingenuus sed postea deductum in servitio substituto ei Mavio . Quærebatur , Titio iussu domini adeunte an & hic substitutus in partem admittendus sit ? Respondit admittendum , sed non in dimidiā sed in quadrantem . Domini enim Titio ideo hic melior videbatur conditio , quod non , cetero in priore casu , testator circa hec iudicem respota posita mira juvante . Ait enim Julianus : Igitur in hoc casu duo semiserit . Cur ait , in hoc casu , nisi ut significet se talem casum proposuisse cui convenire hac divisio ? nempe quando seruo qui liber putabatur coheres substitutus est ; in aliis casu non idem juris esse . Igitur in casu a Juliano